cōtra eum fortissime cantare. Quod audiens frater incepit vocē eleuare ꝛ illa eciaȝ vocē eius exaltabat ꝛ intātum clamabat ꝙ suffocata cecidit de arbore in sinum fratris. Ecce si vna auicula irracionalis creatura tātum delectabatur in cātu hominis qualis erit delectacio in celis vbi tot cantant angeli virgines ꝛ sancti. In omnibꝰ istis ꝛ similibꝰ que videmꝰ ꝛ audimus possumꝰ supna intelligē ꝛ celestia. Sed quidā sunt ita rudes ꝙ nichil ꝑ hmōi intelligūt ȝ sicut bruta animalia circa ista terrena occupant. quibꝰ dicit psalmista. Nolite fieri sicut equus ꝛ mulus quibꝰ non est intellectus. Septimū peccatū mortale est luxuria siue carnalis delectacō. que facit homini multa mala. mentē excecat. delectacōem dei minuit. deum suū cognoscere nō pmittit. ꝛ creatorem suū obliuisci facit. Greg. Cū luxuria mentē inuaserit nullū bonum cogitare pmittit. Innocēciꝰ papa. Luxurie viciū omnem etatem corrūpit. omnē sensuȝ cōfundit. omnē ordinem soluit. omnē gradū puertit. Inuadit enī iuuenes ꝛ senes maēs ꝛ feminas. prudentes ꝛ simplices. supiores ꝛ inferiores. Bern. Luxuria corpus eneruat. animā mactat. famaȝ ꝑdit. pximuȝ offendit. deum amittit. sensus ebetat. hominē in pecudem mutat. ymo homo ꝑ eum in fra pecudem degenerat: cū pecus seruet cōcupiscēdi tēpa. Luxuriosus cōcupiscit omni hora. Omnia ista mala facit luxuria siue carnalis delectacio. Contra hoc dat septimū donum spūssancti scȝ sapiencia. Sapiēcia est sapida sciēcia ꝛ est quidā spūalis sapor dulcedinis quē sentit deuotus homo i cōtemplacōe celestium. Ysidorus. Sapiēcia solūmodo eterna cōtēplatur ꝛ in illis iocundatur. Istud donum habuit btūs augꝰ. quādo dixit. Introducis me dn̄e aliquādo in affectū multū inusitatū introrsus nescio in quā dulcediēȝ q̄ si pficiatur in me. nescio quid aliud sit vita eterna si illa nō est. donum istud datur cōtra luxuriam siue carnalem delectacōem. Greg. Gustato spū desipit omnis caro quia qui semel de illa sapiencia. id est sapida sciēcia gustauerit illi ōmis carnalis delectacō insipida est. sicut qui mel comedit postea ei alius cibꝰ nō recte sapit. Sap. xxiiij. Spūs meus sup mel dulcis ꝛ hereditas mea. i. cōtemplacio hereditatis mee super mel ꝛ fauū. De ista materia require in die epiphanie in sermone Factū est āt.

## Feria secūda post festum penthecostes. S. xcvij.

Adhuc loquēte petro cecidit spiritussanctus sup